

## Pythagoræ Philisophi Aurea uerba

Qua transiui: qd egi: qd quod agendū fuerit, prætermisi: à primo incipi  
ens, discurras ad reliqua. Cū turpe qd feceris, te ipsum crucia. Cnm uero  
bona pfereris, tibi cōgratulare. Hæc exercere, hæc meditari, hæc te amare  
oportet. hæc te i diuinæ uirtutis uestigiis collocabūt p eū. q animo nrō  
quaduplicē fontē ppetuo fluētis naturæ tradidit. Exi ad opus, cū diis uo  
ueris. Nā ista si tenebis, cognosces imortaliū deoꝝ, mortaliū ue hominū  
cōditionē, qua procedunt, & cōtinentur oīa. Cognosces quātū fas ē, na  
turā circa oīa simile. ne te sperare cōtingat, quæ sperāda non sūt. neq; te  
qcq; lateat. Cognosces hoīes, cū suoꝝ sint maloꝝ cā miseros esse. Qui bo  
na, q prope sunt, nec uidēt, nec audiūt. Solutionē uero maloꝝ pauci ad  
modū itelligunt. Tale fatū lædit mētes hoīū, q reuolutiōibus qbusdam  
ex aliis ad alia ferūtur, i finitis malis obnoxii lætifera discordia i sita latē  
ter obest, eam tu cedēdo deuita, & postq̄ uenerit, ne exaugeas. O Iupiter  
pater, uel a malis hoīes libera, uel ostēde illis, quo dæmone utantur. At tu  
cōfide, quoniā diuinū genus hoībus iest. his. n. sacra natura proferēs uni  
uersa demōstrat. Quoꝝ si qd tibi fuerit reuelatū, abstinebis, ab iis, a qbus  
abstinēdū iubeo. Quod si medicinā adhibueris, aīam ab his laboribꝰ li  
berabis. Veꝝ abstine à mortalibus, q supra diximus i purgatiōe solutio  
nēq; animæ. Recto iudicio cōsidera singula. Optimā deinde sententi  
am tibi uelut aurigam præpone.

☉ Corpore deposito cum liber ad æthera perges,

☉ Euades hominem, factus deus ætheris almi.

☉ Symbola, pythagore phylosophi.

☉ Cum ueneris in templum adora, neq; aliquid interim, quod ad uictū  
pertineat, aut dicas, aut agas. Ex itinere præter propositū nō ē ingredi

endū i templū, neq; orādū, neq; etiā si prope uestibulū ipsum trāsueris.

☉ Nudis pedibus sacrifica, & adora. ☉ Populares uias fuge, p diuerti  
cula uade.

☉ Ab eo, quod nigram caudam habet abstie, terrestrium  
enim deorum est.

☉ Linguā in primis coherce deum imitans.

☉ Flantibus uentis echon adora. ☉ Ignem gladio ne scalpas

☉ Omne acutum abste dimoue. ☉ Viro, qui pōdus eleuat auxilia  
re. nō tamē cū eo deponas, q deponit.

☉ In calceos dextrū præmitte  
pedē, i lauacrū uero sinistrū. ☉ Derebꝰ diuinis absq; lumine ne lo  
quaris.

☉ Iugum ne transilias. ☉ Stateram ne transilias.

☉ Cum domo discesseris, ne reuertaris, furia enim congregientur.

☉ Ad solem uersus ne mingas. ☉ Ad solem uersus ne loquaris.

☉ Oleo sedem ne abstergas. ☉ Gallum nutrias quidem, ne tamē sa



Pythagoræ Philosophi Symbola

erifices, soli enim, & lunæ dicatus est.    ¶ Super modium ne sed eas.  
 ¶ Animalia recuruis unguibus ne nutrias.    ¶ In uia ne scindas.  
 ¶ Anulū ne feras.    ¶ Dei figuram ne in sculpas anulo.    ¶ Ad lu-  
 cernæ lumen ne te speculo contempleris.    ¶ De diis, rebusq; diuinis  
 nihil tam mirabile dicitur, quod non debeas credere.    ¶ Risu effuso  
 abstine.    ¶ Iuxta sacrificium ne incidas ungues.    ¶ Dextram ne  
 ad omnia facile iniicias.    ¶ Stramentis surgens collige ipsa, figurāq;  
 confunde.    ¶ Cor ne uores.    ¶ Cerebrum ne edas.    ¶ Capil-  
 lorum & unguium superfluitates, postq̄ abscideris pessunda.    ¶ Ru-  
 brum aliquid ne suscipias.    ¶ Ollæ uestigium in cinere confunde.  
 ¶ Aurum habenti ne hæreas ī filiorum generatione.    ¶ Honora in  
 primis figuram, & aram, figuram ac pretium denariorum trium.  
 ¶ Fabis abstine.    ¶ Herbam molochinam fere, ne tamen edas.  
 ¶ Hirundinem domi ne recipias.    ¶ Ab animalibus abstine.  
 ¶ Fugare decet omni studio uniuersisq; machinamentis, ferroq; ac igne  
 abscidere à corpore, morbum. à uictu, luxum. ab animo, ignorantia. do-  
 mo, discordiam. ciuitate, seditionem ab omnibus deniq; intēperantiā

Finis.

¶ Præfatio Marsilii Ficini Florentini ī translationem libri Xenocratis  
 platonici. de morte ad clarissimum uirum petrum medicem.

Os mus Italiae decus Petre Medices, cū rebus gestis, tū et te tā  
 c to filio scelix, nō mō reꝝ hūanaꝝ prudētia, ueꝝ et sapia di-  
 uinaꝝ mirā sibi gloriā cōparauit. Qui cū nullū uitæ tēpus,  
 uel in sūmis negociis absq; cōsortio musaꝝ transegerit, ī se  
 nectute præcipue, phiæ studiis, sacrisq; litteris totū se tradidit. Vtq; in pri-  
 mis philosophiæ sacris initiaretur, nō nullos Aristotelis libros conuerti  
 ab Ioāne Argyropylo uiro doctissimo uoluit, eosq; diligentissime legit.  
 Deide ne itima sapiētiae ipsius archana sibi deessent. Diui Platōis libros  
 decē, & unū mercurii è græca ligua in latinā à nobis trāfferri. iussit, qbus  
 oīa uitæ præcepta, oīa naturæ p̄icipia, oīa diuinaꝝ reꝝ mysteria sancta  
 pandūtur. Hæc omnia Cosmus & accurate legit, & absolute cōprehēdit.  
 Cūq; Platonis librū de uno reꝝ oīum p̄icipio, & de sūmo bono iā p̄-  
 egisset, duodecima deide die, quasi ad id p̄icipiū, bonūq; fruēdū reditu-  
 rus, ex hac uitæ umbra ad sup̄nam lucē reuocatus accessit. Cuius decessu  
 grauiter & patria, & accademia gerneret, nisi petrus parēti q̄ simillimus su-  
 p̄esset, ī cuius prudētia atq; pietate patria sp̄e suā firmet, & accademia cō-  
 q̄scat. Die aut. xx. ante q̄ corporis uiculis purusei<sup>9</sup> spūs solueret, sole iā.

occidente